Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Ecce enim dominator dnus
exercituum auferet ab hie-
rusalem et ab iuda validum
et fortem omne robur panis
et omne robur aque et forte
et virum bellatorem et iudice
et prophetam et ariolum et senem
principem super quinquagenta
et honorabilem vultu et consi-
liarium et sapientem de archi-
tectis et prudentem eloquio
mistica Et dabo pueros prin-
ceps eorum et effeminati do-
minabuntur eis et corruet populus
vir ad virum et unusquisque ad
proximum suum Dominabitur puer
contra senem et ignobilis con-
nobilem Apprehendet enim vir
fratrem suum domestrum patris
sui et dicet Vestimentum tibi
est princeps esto noster ruinam
autem hec sub manu tua suscepe-
debitque in illa die dicens Non
sum medicus et in domo mea
non est panis neque vestimentum
Nolite constituere me principem
populi Ruit enim hierusalem et
iudas corruit quia lingua
eorum et adinventiones eorum
contra dnm ut provocarent oculos
gloriae maiestatis eius Agnitio
vultus eorum respondebit eis et
peccatum suum quasi sodoma pro-
nuntiavit nec abscondere valent
ve animae eorum quoniam reddita sunt eis
mala Dicite iusto quoniam
bnm quoniam fructum adinventionum
suarum comedet Ve impio in
malum retributio enim manuum
eius fiet Populum meum qui et
exactores eius spoliaverunt
et mulieres dominatae sunt
eius Populus meus qui te beatum
dicebat ipse te deceptum et viam
gressuum tuorum dissipant Stat
ad iudicandum dnus et stat ad
iudicandos populos Dominus ad
iudicium veniet ad senes populi
sui et principes eius vos enim
depasti estis vineam meam
et rapina pauperis in domo vestra
Quid attritis populum meum et
faciem pauperum comminuitis
dicit dnus deus exercituum Et
dixit dnus deus Pro quod eleva-
ate sunt filie syon et ambula-
verunt extento collo et nutibus
oculorum ibant et plaudebant
et ambulabant pedibus suis
composito gradu incedebant de-
nudabit dnus vertex filiarum syon
et dnus crinem earum nudabit
In die illa auferet dominus ornamentum
calceamentorum et lunulas
et torques et monilia et armillas
et mitras et discriminalia et
periscelidas et murenulas et
olfactoriola et inaures et an-
nulos et gemmas in fronte
pendentes et mutatoria et
palliola et linteamina et acus
et specula et sindones et
vittas et theristra Et erit
pro suavi odore fetor et pro
zona funiculus et pro crispanti
crine calvitium Pulchritudinem
quoque viri tui gladio cadet
et fortes tui in proelio Et mere-
bunt atque lugebunt portae eius et
desolata in terra sedebitur

Et apprehendent septem mulieres
virum unum in die illa dicentes
Panem nostrum comedemus et vesti-
menta nostra operiemur tantummodo